

ut vel dampnent innocentes, vel solvere noxios arbitrentur,  
 Cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed rerum vita quaeratur. Nec illud omittendum, quod <sup>pro</sup>prophetas dicitur: Justificabant animas, quae non moriantur, et vivificabant animas, quae non vivunt. Non morientem quippe mortificat, ut sanctus docet Gregorius, qui iustum dampnat; et non victuram vivificare nititur, qui reum a supplicio absolvere conatur. Non Salomon: Sicut avis in coetivum volat, et passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum super eum, quia misit, illud veniet. Item ibi: Anima, quae benedixit, impinguabitur; qui autem frustra maledixit, ipse in maledictione erit. Item sanctus Gregorius papa: In omni autem, quod de nobis recurrere ad a- f. 127'  
 chana mentis debemus, et si omnes vituperent, liber est laemus, quem conscientia non accusat, qui etsi omnes laudent, liber esse non potest, si hanc conscientia accusat.

20. Qualiter Formosus papa ex depositione sua apostolica auctoritate reconciliatus sit. Def. Erre iam ad litus cepisse locutionis propinquante, vel addeponimus: et Formosus, qui procellas excitare non veritus est, a tanto crimine velut immunitus remansit. Def. Humano examine iudicari nec debet nec potest, qui iam infallibilis est iudicio constitutus, qui est iudex viventium et mortuorum, qui non secundum auditum aurium neque secundum visum oculorum iudicat, sed secundum id quod est, scrutatur <sup>et</sup> corda et re- f. 127' 2  
contingit 3  
 nes Deus. Def. Non te cognoscere pigeat, quomodo per eum in sancta ecclesia, ubi summa pax esse debet, scandali remanentem sit ecclesiam. Def. Formosus, ut dixi, non ad me, id est ad ordinationem quam fecit, sed ad eos pertinet, qui eum elegerunt, ordinaverunt, eique, donec adiret, communicaverunt et per omnia particeps extiterunt. Notamen fac, ut tibi rectum videatur. Def. Formosus post depositionem suam episcopus esse non potuit, quia-  
 lo minus papa. Def. Solutum est, quod apostolica auctoritate depositus